



Liceo Classico “G.B. Morgagni”

Concorso di traduzione dal latino “Tebaldo Fabbri”

PROVA DI TRADUZIONE PER IL BIENNIO – SEZIONE CLASSICO / SCIENTIFICO

ALESSANDRO TRA I GHIACCI

Adeo altae nives premunt terram gelu ut ne avium quidem vel ferae vestigium extet. Obscura coeli umbra, nocti similis, premit terram, vix ut, quae prope sunt, conspici possint. In hac tum omnis humani cultus solitudine exercitus, omnia mala quae tolerari possunt pertulit, inopiam, frigus, lassitudinem, desperationem. Multos exanimavit rigor insolitus nivis, multorum adussit pedes, plurimorum oculos. Praecipue perniciosus fuit fatigatis: nam in ipso gelu deficientia corpora sternebant quae, cum moveri desissent, vis frigoris ita astringebat, ut resurgere non possent. A commilitonibus torpentes excitabantur et ingredi cogebantur. Tum demum, vitali calore moto membris, redibat vigor. Qui tuguria barbarorum adire potuerunt, celeriter refecti sunt. Sed tanta caligo erat ut aedificia tantum (avv.) fumus ostenderet. Illi, numquam ante in terris suis advena viso, cum armatos repente conspicerent, exanimati metu, omnia quae in tuguriis erat adferebant, ut corpora ipsorum servarent orantes. Rex agmen circumibat, iacentes erigens, et eos qui aegre sequebantur adminiculo corporis sui excipiens. Tandem ad loca cultiora perventum est commeatuque largo recreatus exercitus est; simul et qui consequi non potuerant in illa castra venerunt.

(da Curzio Rufo)

Rispondi ai seguenti quesiti:

1. indica i valori sintattici di *ut* presenti nel testo.
2. coniuga il congiuntivo presente e imperfetto di *possum, fero, redeo*.
3. individua nel brano gli aggettivi di grado comparativo/superlativo e specificane la forma positiva.
4. elenca gli infiniti che si trovano nel testo, indicandone tempo, forma e valore.



Liceo Classico “G.B. Morgagni”

Concorso di traduzione dal latino “Tebaldo Fabbri”

PROVA DI TRADUZIONE PER IL BIENNIO – SEZIONE LINGUISTICO / SCIENZE UMANE

UNO SCHERZO... DA REGINA PER PUNIRE L’AVIDITA’

Nicotris, sapiens et clara Babyloniorum regina, antequam e vita excederet, filios ministrosque convocavit, ut haec (queste) verba in suo sepulcro inscriberentur imperavit: “Hic (avv.) ingens thesaurus latet: si Babyloniorum rex in gravi pecuniae inopia erit, sepulcrum aperiat atque thesaurum sumat; si autem nulla necessitate sepulcrum violaverit, aviditatis suae poenas solvet”. Post reginae mortem per multos annos Nicotridis sepulcrum violatum non est, sed cum Dareus, Istaspis (Istaspe) filius, patri in regnum successit, rex, divitiarum cupiditate, sepulcrum, ut thesaurum quaereret sumeretque, aperuit. Sed illic Dareus reginae cadaver tantum (avv.) invenit et apud cadaver tabulam, ubi reginae iussu, inscriptum erat: “Tu quisquis¹ es, quia aviditatem tuam continere non potuisti², mortuorum sepulcra violavisti”. Temperantia enim in omnibus hominibus sed maxime in regibus magnus thesaurus est.

Verifica della comprensione. Individua nel testo:

1. le proposizioni temporali e indica la congiunzione che le introduce.
2. le proposizioni introdotte da *ut* + cong. precisandone la tipologia.
3. i complementi: *nulla necessitate* (in quali altri modi potrebbe essere espresso?); *per multos annos*; *in regnum*.
4. volgi al passivo la frase: *ut quaereret sumeretque thesaurum*.

¹ Il pronome indefinito *quisquis* (chiunque) vuole l’indicativo, mentre in italiano richiede il congiuntivo.

² *Possum* ha qui il significato di “essere capace”, “essere in grado”.



Liceo Classico “G.B. Morgagni”

Concorso di traduzione dal latino “Tebaldo Fabbri”

PROVA DI TRADUZIONE PER IL TRIENNIO

PAX ET LIBERTAS

Stulta avaritia mortalium possessionem proprietatemque discernit nec quicquam suum credit esse quod publicum est; at ille sapiens nihil magis suum iudicat quam cuius illi cum humano genere consortium est. Nec enim essent ista communia, nisi pars illorum pertineret ad singulos; socium efficit etiam quod ex minima portione commune est. Adice nunc quod magna et vera bona non sic dividuntur ut exiguum in singulos cadat: ad unumquemque tota perveniunt.

E congiario tantum ferunt homines quantum in capita promissum est; epulum et visceratio et quidquid aliud manu capitur discedit in partes: at haec individua bona, pax et libertas, ea tam omnium tota quam singulorum sunt. Cogitat³ itaque per quem sibi horum usus fructusque contingat, per quem non ad arma illum nec ad servandas vigilias nec ad tuenda moenia et multiplex belli tributum publica necessitas vocet, agiturque gubernatori suo gratias.

Hoc docet philosophia praecipue, bene debere beneficia, bene solvere; interdum autem solutio est ipsa confessio. Confitebitur ergo multum se debere ei cuius administratione ac providentia contingit illi pingue otium et arbitrium sui temporis et imperturbata publicis occupationibus quies.

(Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*)

Commento in lingua italiana (max. 30 rr.): “esprimi le tue riflessioni sul binomio *pax et libertas* che Seneca definisce *bona individua*”.

³ Soggetto sottinteso: *sapiens*.